



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Hierakosophion

Demetrius <Pepagomenus>

Lvtetiae, 1612

xxxv. Ad pituitam spiritum elidentem.

urn:nbn:de:hbz:466:1-12846

mam horam, ipsumque pascito carne
qualibet.

Ad pituitam occultam.

CVM caput intumescit, & frequenter
oscitatur, & lente reddit excrementa,
scito illum pituita latenti laborare. ita cu-
rabis. Seminis agrestis, rutæ scrupulum,
piperis, pyrethri, singulorum scrupulum,
pediculariæ grana viginti, folij, costi, sin-
gulos scrupulos. vnâ contundito, palatum
ipsius fricato.

Ad pituitam spiritum elidentem.

ACCIPITREM, pituita fauces stringen-
tem, laborare cognosces, cum guttur
accipitris intumescit ex humoribus coactis,
oculi spumam remittunt, caput tumidum
est, nares nihil redunt. ita sanabis. Herbam
nuncupatam phryarium contusam misce-
bis cum vino vetere, & in sparsam carnem
suillam feruefactam dabis accipitri. Qui-
dam succum betæ cum melle naribus in-
fundunt. Alij lac muliebre cum succo rutæ
naribus immittunt.

*Ad pituitam proficiscentem ex
dolore capitum.*

CVM accipiter curuus manet, & respi-
rare nequit; cum oculis est hebetibus